IN Dei nomine Noverint universi quod Ego vitalis griman domicellus in villa perpiniani populatus licet cum publico
instrumento per discretum Joannem mercer notarium publicum predicte ville recepto et testifficato die vicesima quarta
mensis Septembris anno a nativitate domini Millesimo quingentesimo quadragesimo primo Magnificus Joannes paulet
quondam domicellus in dicta villa perpiniani populatus confessus fuerit debere michi et vobis magnifico francisco de sagarriga
domicello domino loci de pontonibus Gerunden diocesis Comunium terrentium libras monete perpiniani causis et racionibus
in dicto instrumento contentis et specifficatis Et licet inquam dicte terrentum libre nobis simul dicant et sonent cum dic-
to et prevalendato instrumento nichilominus tamen rei veritas est et sic se habet quod dicte terrentum libre non processe-
runt nec fuerunt de peccuniis nec bonis meis dicti griman sed de vestris propriis solummodo peccuniis et bonis dicti fran-
cisci Sagarriga nec michi in eis aliquod competit Jus Ideo cognoscendo vobis bonam fidem que omnibus in rebus pre-
ferenda est ut equum Justumque est Gratis et ex certa sciencia per me et meos heredes et succesores quoscumque cedo remitto
et mando vobis dicto magnifico francisco de Sagarriga aut quos vos et vestros pleno Jure transfero et reduco omnino et per sim-
perpetuum omnia Jura et omnes actiones reales et personales ordinarias et extra ordinarias ac alias quascumque aut
vires nomina et voces quas et que ego habeo et habere debeo michique competunt pertinent et spectant competereque per-
tinere et spectare possent et debent in predictis terrentum libris ... cum prevalendato instrumento Ponendo inde vos et
vestros aut quos volueritis in meis et locum meum et meorum quo ad predicta Itaque Juribus et actionibus viribus vocibus et nomi-
nibus predictis per me vobis cessis atque translatis vos et vestri aut quos volueritis uti agere et experiri possitis et valeatis In
Judicio et extra Judicium predictas terrentum libras petendo et recipiendo Et inde apochas et diffiniciones faciendo et firmando
penas tercii et alias quascumque penas denunciando clamia et retroclamia faciendo et exponendo execuciones que et omnia alia
faciendo exequendo et experiendo queacumque et quemadmodum ego uti agere et experiri aut facere poteram ante huiusmodi
mei contractus confessionem Juriumque et actionum cessionem possemque nunc et eciam postea quandocumque Ego enim de predictis
Juribus et actionibus me et meos penitus expolio vosque et vestros aut quos volueritis de eisdem gratis investio et ut in rem vestram
tracti propriam veros dominos et procuratores constituo Sicut melius plenius aut utilius dici scribi legi et intelligi potest ad vestrum
et vestrorum commodum et utilitatem Nullo Jure nullaque actione michi vel meis amodo in predictis terrentum libris modo ali-
quo retentis Mandantes tenore huiusmodi cessionis et bone fidei cognicionis instrumenti vicem epistole quo ad hec in se gerentis pre-
dicto magnifico Joanni paulet et suis quatenus de dictis terrentum libris vobis et vestris respondeant satisfaciant pareant
et solvant prout et quemadmodum michi respondere ante huiusmodi instrumenti confessionem respondere et solvere et parere
tenebantur Protestor tamenque nolo vobis ... super predictis de aliqua evictione teneri Et sub convencio ego dictus vita-
lis griman et bona fide promitto vobis dicto francisco Sagarriga presenti necnon notario publico infrascripto tanquam publice et autentice
persone pro vobis et omnibus illis quorum interest seu intererit aut interesse potest vel poterit quomodolibet in futurum stipu-
lanti legitime et recipienti ac etiam Juro sponte super animam meam per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia ma-
nibus meis corporaliter tacta predicta omnia et singula semper rata grata et firma habere eaque attendere tenere servare
et complere et in nullo contrafacere vel venire modo aliquo Jure causa seu eciam racione Que fuerunt acta et laudata
perpiniani die vicesima sexta mensis Septembris anno a nativitate domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo tercio presen-
tibus pro testibus balderio fares Gerunden diocesis Joanne fauque laboratore perpiniani habitatore Et petro ferrer
scriptore perpiniani qui hec vice et nomine meis anthonij mir notarii publici dicte ville infrascripti requisitus recepit.

Sig+num mei Anthonij Mir Regia auctoritate notarii publici ville perpiniani
cui premissa penes me scriptura premittitur recepta scribi feci et
clausi.

Habui ego dictus notarius pro salario huius instrumenti
viginti quinque solidos monete perpiniani

n° 31

Perg. 150

A juicio de bona fe feta per mo(ssen) Vidal
de Pinar cavaler a mo(ssen) Francesc de
Sagarriga sor de pontos de tres ceritals
tirats sobre mo(ssen) Joanot Vaulet de
Pera

A 47